





DE  
**LEGATO REI COMMERCIO  
EXEMTAE**

EXERCITATIO

Q V A M

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

CAPESSENDI

PRAESIDE

**D. CAROLO HENRICO GEISLERO**  
SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS  
AVLAE ATQVE IVSTITIAE DECRETALIVM PROFESSORE PUBLI-  
CO FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSISTORII EG-  
CLESIASTICI DIRECTORE ITEMQVE CVRIAЕ PROVIN-  
CIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE IVL. A. R. S. MDCCCLXXXVIII

AD DISPUTANDVM PROPONIT

AVCTOR

**CHRISTIANVS ERNESTVS FRANCKIVS**

VITEBERGENSIS

IVR. VTRIVSQUE CANDID. ET NOT. PVBL.

---

VITEBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DURRII.

卷之三



*P r o o e m i u m .*

um nulla vitae pars neque publicis, neque priuatis,  
neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque  
si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas  
lege vacare possit, sane in ea colenda sita est vitae honestas  
omnis et in negligenda turpitudo. Hinc in arduis, quae sae-  
pius instituuntur, quaestionibus Iureconsultus omnes intendere  
debet ingenii neroos, quo eas subtiliter quidem, sed ingenue  
extricet, et de iure ex fide et religione respondeat. Etenim  
multa in iuris auctorum libris sunt capita, quae studiosam requi-  
runt interpretationem, sed nihil est difficilior, et in quo magis  
elaborandum quam legum, quae inter se pugnare videntur, dis-  
soluere nodos, cuius rei in tractatu de ultimis voluntatibus te-  
ctis occultisue nexo rationibus variae deprehenduntur species.  
Ita quibus in speciebus res commercio excinta utiliter legari,



vel saltem eius pretium exigi possit, acriter inter Iureconsultorum antesignanos disceptatur. Quia de controuersia, licet mihi tantum non sumam, ut consilium meum valere debeat, tamen, cum scribendi mihi data sit occasio, meam dicam sententiam, sic ut verborum praemittam notiones, deinde de ipsa responderem. Bonum factum.

§. 1.

*D e N o t i o n e*

a) *commercii*

Commercium, cuius historiam Huetius,<sup>a)</sup> excellentissimus Schloetzer<sup>b)</sup> aliquie dederunt, <sup>c)</sup> Vlpiano<sup>d)</sup> emendi vendendique inuicem ius vocatur, et, cum Hermogenianus<sup>e)</sup> ei emtiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationesque vindicet, sub hoc vocabulo omnem contractum iure romano contineri Carolus Ferdinandus Hommelius<sup>f)</sup> recte afferit, id

quod

a) Huetii l'histoire du commerce et de la navigation des anciens. Amstelodam. 1743.

b) Schlötzers Versuch einer allgemeinen Geschichte der Handlung und Schiffahrt. Rostock 1761.

c) Allgemeine Geschichte der Handlung und Schiffahrt. Breslau 1751.

d) in fragm. tit. 19. §. 5. Charondam tamen Anton Schulting in Iurispr. Anteiusfinianea pag. 621 notat, quod hoc in loco nimis generaliter de omni contractu commercii nomen exposuerit.

e) l. 5. π. de I. et I.

f) in diss. de commercio in S. R. I. tempore belli interdicto, Lips. 1745. § 3. conf. Cicero in Verrem III. Cap. 40. Inter ea commercium iuriis gentium, quo

5

quod vel ex eo cognoscitur, quod Romani sub iure commerciorum, quo cives tanquam praecipuo iure vtebantur, facultatem ex Quiritium iure valide contrahendi significabant, et Praetor in formula, qua ius contrahendi prodigis adimebat, verba, commercio tibi interdico, adhibebat. Conringio <sup>g)</sup> dicitur vniuersale quoddam humanae inopiae subleuandae medium iure gentium introductum per quod in ciuitate aliqua alter alterius indigentiam sua abundantia supplet, cum, quae abundant, in ciuitatem aliquam, aut quae desunt aliunde in ciuitatem adseruntur. Paulo aliter quidem Heineccius <sup>h)</sup> illud communicationem rerum operarumue cum aliis, quae non ex sola humanitate et beneficentia, sed ex obligatione perfecta proficiuntur, describit, eumque Ayrerus <sup>i)</sup> sequitur, sed

A 3

Melo-

quo res modis naturalibus et contrahitis iure gentium institutis sec. leg. 5.  
π. de I. et I. acquirebantur et alienabantur, a commercio ex iure Quiritium,  
quo soli cives romani res iure optimo in dominio habere poterant, probe debet fecerni. Cic. de Harusp. Responf. Cap. 7. Cornelius van Byncckershoek  
de rebus mancipi cap. 10. Francisc. Carol. Conradi de veris mancipi et nec  
mancipi rerum differentiis Cap. IV. §. 3. Requirebantur autem, ut res in  
dominio iure optimo esse possent tria, scilicet ut is, qui rem transferret, eius  
dominus ciuilis ex iure Quiritium existeret, is autem, qui rem acciperet, eius  
iuris communio gauderet, deinde ut ipsa res capax esset dominii ex iure  
Quiritium, denique ut vno ex illis ciuilibus modis esset acquisita, quibus do-  
minia rerum ex iure Quiritium poterant acquiri.

g) in diff. de commerc. et mercatur. §. 8.

h) in element. Iur. nat. libr. 1. §. 372. et in diff. de iur. princip. circa libertat. commercior. tuendam. §. 2.

i) in diff. S. R. I. princeps politiam circa commercia et studia suorum ciuium  
rite adornans, Götting. 1746.



Melonius <sup>b)</sup> eius notionem l'échange du superflu pour le nécessaire esse dicit, quam tamen tanquam minus adaequatam Mascouius <sup>c)</sup> reicit. Illustrissimus Gutschmidius <sup>m)</sup> commercium per mutationem mercium, quas nobis minus necessarias credimus, cum iis, quas magis nobis necessarias existimamus, explicat, cui tamen Georgius Ludouicus Boehmer <sup>n)</sup> id eo, quia commercii latior sit significatus, quam ut ad mutationem solum rerum minus nobis necessiarum cum aliis magis necessariis possit adstringi, calculum adiicere noluit, et potius illud in communione rerum operarumue interueniente pacto cum aliis facta confidere afferit. Mihi audit rerum <sup>o)</sup>, quae in patrimonio esse possunt, commutatio adhibita conuentione explicanda, et cum res vel vere in bonis sint, vel ita ut, licet in nullius constitutae domino, earum tamen conditio acquisitionem admittat, facile intelligitur, vtramque speciem sub verbis, in commercio esse, comprehendendi.

### §. 2.

#### b) *iuris possidendi*

A pedibus possessionem appellatam esse afferit Labeo <sup>p)</sup> quasi sit positio, quia naturaliter teneatur ab eo, qui ei insistat.

Gene-

<sup>b)</sup> l'essai politique sur le commerce Cap. I. §. 9. Amstelodam. 1742.

<sup>c)</sup> in diss. de foederibus commercior. Lips. 1735. §. 1. Not. 2.

<sup>m)</sup> in Libro de sauro commercior. Lips. 1750. §. 10.

<sup>n)</sup> in Elect. iur. ciu. Exercit. XIX. §. 1.

<sup>o)</sup> l. 5. et 23. *pr.* de verb. signif.

<sup>p)</sup> l. 1. in pr. *pr.* de acquir. possedit.

Generaliter autem rei denotat detentionem<sup>b)</sup> quae ex causa-  
rum, quibus inducitur, diuersitate, in varias abit species. Sic  
quis rem alieno nomine<sup>c)</sup>, porro suo quidem nomine sine ullo  
tamen sensu dominii,<sup>d)</sup> denique cum affectione dominii<sup>e)</sup> iu-  
re destituta, denique cum iure dominii<sup>f)</sup> potest tenere. Et  
possessio quidem licet cum proprietate nil commune habere<sup>g)</sup>  
quicquid ab ea separata esse dicatur,<sup>h)</sup> eaque dominis in regu-  
la non tribuatur<sup>i)</sup>, ipsam tamen interdum complectitur rei  
proprietatem.<sup>k)</sup> Hinc ius possidendi in genere facultatem rem

quan-

b) Ita Graeci. Confr. Theophilus in pr. tit. Instit. de interdict. et Harmenopu-  
lus in promtuar. iur. ciuil. libr. 2. tit. 2. In omni tamen possessione animus  
possidentis, possessionis ratio, qualitas rei possesiae, et modus in possessione  
seruandis probe debent spectari.

c) Hi proprie saltrem in possessione esse dicuntur l. 10. §. 1. ff. de acquir. vel  
amitt. possess. et secundum Celsum in leg. 18. diet. tit. alienae possessioni mi-  
nisterium praestant, e. g. qui rei seruandae caufa, damni infecti nomine, vel  
precario possident.

d) Quo pertinent emphyteuta, conductor, aliquie conser. l. 1. ff. Si ager vedi-  
gal. l. 3. §. 4. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura. l. 5. §. 2. n. vt in poss. le-  
gator. vel fideicom. seruand. caufa esse liceat. Harmenopulus in promtuar.  
Iur. Lib. II. tit. 1. possessionem coloni mercenariam vocat.

e) Quae possessionis species ad eos spectant, qui se dominos putant, aut tales  
se haberi volunt l. 7. §. 2. n. de public. in rem action. l. 67. n. de furt.

f) is, cui in causa iudicati addicta sunt pignora l. 3. Cod. Si in caus. iudic.

g) l. 12. n. de acquir. vel amitt. possess.

h) l. 1. §. 2. n. vti possidet.

i) l. 115. n. de verb. signif.

k) l. 78. n. de verb. signif. l. 34. §. 1. n. de legat. quo in loco ~~estatis~~ siue ~~curvitatis~~  
proprietatem denotat. Conf. Pardulph. Prateii Iurispr. veter. in leg. 65.  
Solonis apud Otton. in thes. Iur. ciuil. Tit. IV. p. 427 et 428.



quandam quoquaque iusto titulo habendi denotat, in specie autem et quoties a iure commercii separatur, ad rei detentio- nem pleno exutam dominio restringitur.

§. 3.

Legatum <sup>a)</sup>, quod Modestino est donatio testamento reli-  
cta, <sup>b)</sup> Iustiniano autem <sup>c)</sup> donatio quaedam a defuncto relista  
ab haerede praefenda, Florentinus <sup>d)</sup> delibationem vocat haere-  
ditatis, qua testator ex eo, quod vniuersum haeredis foret, ali-  
cui quid collatum vult. Hanc definitionem quoque retinuit  
Scholiales Gracchus Theophili dum inquit, λεγάτον ἐστι μένος  
κληρονομίας, sed accuratius proceditur, si factum, quo lega-  
tum constituitur, a re ipsa, quae ita relinquitur, distinguitur.  
Et priori quidem in specie est actus, quo quis voluntate verbis  
directis declarata, ab eo, ad quem se mortuo e bonis suis quid  
deuoluitur, alteri quid tribuit, post obitum constituentis praefan-  
dum, posteriori autem in specie, rem, quae tali actu in ak-  
terum transfertur, denotat. Relinquitur illud uti Vlpianus docet<sup>e)</sup>

<sup>a)</sup> Francisc. Ramos ad Tit. π. de legat. et fideic. in Tom. VII. Thesaur. Meér-  
manniani. Georg. Frideric. Krausii dissipat. de legator. varii generis inde-  
arque effectu. Vireb. 1757.

<sup>b)</sup> l. 36. π. de legat. 2.

<sup>c)</sup> §. 1. Institut. de legat.

<sup>d)</sup> l. 116. π. de legat. 1.

<sup>e)</sup> fragm. XXXIV. apud Schulting. in Iurispr. Antejustinianæ. pag. 649.

legis modo seu verbis directis, <sup>f)</sup> cum fideicommissum ei sit, quod non ciuilibus sed precatiuis datur verbis, nec ex rigore iuriis ciuilis proficiscitur, sed ex relinquentis voluntate <sup>g)</sup>. Non solum autem constitutio, qua verbis precatiuis quid in alterum confertur, sed res ipsa quoque, quae alteri ita relinquuntur, nec non ius ex constitutione oriens fideicommissi veniunt nomine. Et iure veteri quidem quatuor modis legabatur, scilicet per vindicationem, <sup>h)</sup> per damnationem, <sup>i)</sup> finendi modo <sup>k)</sup> et per praeceptionem, <sup>l)</sup> sed solennitatem verborum Constantinus, Constantius et Constans <sup>m)</sup> fustulerunt, Iustinianus <sup>n)</sup> autem legata inter se et cum fideicommissis exaequauit, quo tamen testatoris voluntati nil derogatum esse censemur. <sup>o)</sup>

## §. 4.

<sup>f)</sup> quae quoque ciuilia et solennia vocabantur qualia scilicet in legibus adhibebantur. Cuiac. Libr. XI. obs. 25.

<sup>g)</sup> fragment. XXV. 1. in Schultingii Iurisprudent. Anteiusstin. p. 660.

<sup>h)</sup> Vlpianus fragment. XXIV. in Schultingii Iurispr. Anteiusstin. p. 649 seqq.

<sup>i)</sup> Caius in Institut. libr. 2. Tit. V. apud. Schulting. citat. libr. pag. 114 seqq.

<sup>k)</sup> Theophilus §. 2. Institut. de legat.

<sup>l)</sup> Suetonius in vita Galbae cap. 5. Differentias horum legatorum collegit M. rilliuss Lib. 6. Obseru. cap. 32.

<sup>m)</sup> 1. 15 et 21. Cod. de legat.

<sup>n)</sup> 1. 1 et 2. Cod. commun. de legat. alterius scilicet vim et naturam alteri communicavit. Conf. lex vn. Cod. de caduc. toll. et Ian. a Costa ad §. 2. Inst. de legat.

<sup>o)</sup> Vinnius ad §. 3. Institut. de legat. et Francisc. Eliae a Puffendorf Obseruat. Iur. vniuers. Tom. IV. Obs. 9.

## B



*De Legato, cuius commercium omnino non datur.*

Quo inter personas de rebus ius dici possit, necesse est, ut earum qualitates atque affectiones diligenter inuestigemus atque ita omnem penetremus rerum conditionem. Summa autem diuisio eo fere redit, ut vel in bonis esse possint, vel hominum eximantur commercio, quod posterius non singulorum solum, sed societatum etiam intuitu locum sibi potest vindicare. Cum enim vera dominii indoles in iure vtilitatem rei cum exclusione aliorum percipiendi consistat, facile patet, omnes eas res, quae ita teneri nequeunt, ut alii ab earum vsu possint arceri, ipsa sui natura commercium respuere, <sup>a)</sup> quibus leges ciuiiles haereditatem viuentis, <sup>b)</sup> liberum hominem, <sup>c)</sup> res sacras

fan-

a) excell. Schlettwein in denen Rechten der Menschheit §. 78. rechte sentit, daß nur diejenigen äußerlichen Sachen des Eigenthums des Menschen fähig sind, welche sich in ihrem ganzen individuellen Wesen, oder in ihrer ganzen Substanz von dem Menschen umfassen und zu seinen Absichten anwenden lassen, und daß hingegen alle die äußerlichen Sachen, die in einer gewissen Form, nicht in ihrer ganzen Substanz, von dem Menschen umfasset und in derselben ihrer Bestimmung gemäß gebrauchet werden können, von dem Eigenthume des Menschen ihrer Natur nach ausgeschlossen sind, und sich nie in dasselbe aufnehmen lassen. His positis haud difficulter celebris de dominio maris quaestio potest explicari. Romani tales res rebus communibus accensabant, de quo eleganter reddit rationem. Euerard. Otto ad §. 1. Inst. de rer. diuis. Confer. Samuel Stryckii dissert. de iure princ. aereo. Francofurth 1687. et Ioann. Gottoff. Krausii dissert. de iure aeris. Viteb. 1736.

b) I. 1. x. de haered. vel act. vend.

c) I. 83. §. 5. de verb. oblig.

sanctas atque religiosas, <sup>d)</sup> res vniuersitatis, <sup>e)</sup> marmora aedibus iuncta, <sup>f)</sup> iura supremae potestati ita coniuncta, ut auelli nequeant, id quod in rerum natura non est, neque futurum speratur, <sup>g)</sup> seruitutes reales absque praedio <sup>h)</sup> constitutas, sine quibus scilicet nullam praestant utilitatem, accensent. Et harum quidem rerum legatum plane inutile esse, ita ut nec earum aestimatio debeat praestari, extra omnem dubitationis positum est aleam, <sup>i)</sup> licet eae res, quae certo modo non sunt in commercio, sub conditione fin mortis vel statuto tempore possint acquiri, recte legentur. <sup>k)</sup>

B 2

§. 5.

<sup>d)</sup> §. 4. Inst. de inutil. stipul. quippe quae in regula nec aestimationem recipiant L. 9. §. 5. <sup>m.</sup> de rer. diuis. neque alienationem admittunt L. 23. <sup>n.</sup> de contrahend. emt. vend.

<sup>e)</sup> pr. <sup>m.</sup> de rer. diuis.

<sup>f)</sup> l. 41. §. 1. 2. <sup>n.</sup> de legat. I. Interea si quis domum deductis marmoribus legavit, haeres legatario in aestimationem teneatur, quin etiam tale legatum, si ad opus rei publicae sit factum, vel si dominus contra legem aedificata dirui debeat, valet L. 11. §. 4 et 5. <sup>n.</sup> de Legat. I. et L. 11. <sup>n.</sup> de legat. III.

<sup>g)</sup> princ. et §. 1. de inutil. stipul. l. 1. §. 9. <sup>n.</sup> de oblig. et act. l. 34. et 35. <sup>n.</sup> de verb. oblig.

<sup>h)</sup> §. 3. Institut. de seruitut. praedior. l. 3. <sup>n.</sup> de seruitut. legat. I. §6. <sup>n.</sup> de verb. signif. confer. Iosephus Aueranius in Interpr. Iur. Lib. 4. cap. 10. no. 5. et lib. 4. cap. 22. §. 4.

<sup>i)</sup> §. 4. Institut. de legat. l. 39. §. 8. 9. et 10. <sup>n.</sup> de legat. I. Contrariam quidem fententiam l. 62. <sup>n.</sup> de acquir. rer. domin. tueri videtur, qua e rebus commercio exentis quaedam per vniuersitatem in alterum quasi transirent, sed magis est, vt neque rem ipsam, neque eius dominium sed usum, si quis priuatis eius est, e. g. ius sepeliendi in certo loco alter acquirat L. 10. <sup>n.</sup> de religios. et sumtibus funer. L. 24. <sup>n.</sup> de contrahend. emt. vendit. et L. 53. <sup>n.</sup> §. 1. de act. emt. vend.

<sup>k)</sup> l. 41. §. 2. <sup>n.</sup> de legat. I.



§. 5.

*De Legato rei cuius commercio testator destituerit.*

Euenit nonnunquam, vt quis rei, quam alter cum iure dōminii sibi habere potest, commercio vel omnino non, vel certo tantum gaudeat modo, nec non vt quis iuris, quo fruitur, alienandi careat facultate, vel rei habendae priuetur potestate. Ita commercium praedii in prouincia apud Romanos eius praesidi<sup>a)</sup>, rei immobilis apud Saxones ei qui Augustanae confessionis reicit doctrinas,<sup>b)</sup> feudi nobilis rustico<sup>c)</sup> et praediorum rusticorum in praefecturis alius ordinis hominibus non datur<sup>d)</sup>, iniqui-lini rustici censiti absque terra<sup>e)</sup> non intelliguntur,<sup>f)</sup> in fidei-commissio denique<sup>g)</sup> et vsufructu<sup>h)</sup>, nec non in re possessioni priuatorum exempta non procedit alienatio. Sed fac praedium

pro-

a) L. 62. n. de contrahend. emt. vend. L. 9. n. de re militari.

b) *Ausschusstags-Abschied vom 21 Decbr. 1680. Landtags-Abschied von den Jahren 1718 und 1722. Resolution auf die Präliminar-schrift vom 8 Sept. 1763.* Cod. Aug. Tom. I. p. 360 et 403, nec non in eius continuat. Tom. I. pag. 26 et 77.

c) *Vi rescripti de dato den 6 April 1743, et Lehnumandat vom 30 Apr. 1764.* Tit. 3. §. 3. in Cont. Cod. Aug. Tom. I. pag. 1014 und 1032.

d) *Mandata de annis 1623, 1669, 1680, 1693, 1712, 1714 und 1715.* in Cod. Aug. Tom. II. pag. 11. 19. 23. 27. 63. 67 et 68, et *Landtags-Abschied vom 1 Aug. 1683.* Cod. Ang. Tom. I. pag. 360.

e) L. 7. Cod. de agric. censitis et colonis.

f) §. 6 et 7. Inst. de fideicommissaria haereditate.

g) L. 25. n. de vsl et vslfructu legato. L. 14. in Princ. Cod. de vslfructu.

h) *equidem feudi nisi haereditarii legatum ob sanctionem in Lib. I. Feud. tit. 8.* et quia in beneficii alienatione domini directi requiratur consensus plane in-utile

prouinciae ab eius praefide, rem immobilem in Saxonia sitam ab eo, qui Augustanae non subscriptit confessioni, feudum nobile a rustico, praedium rusticum in praefectura ab aliis ordinis homine, inquitinum, rusticum, censitum absque terra, fideicommissum et usumfructum a fiduciario et usufructuario, rem denique facto testamento priuatorum exclusam commercio alteri legari, sane haeres legatario, qui praedii in prouincia commercio gaudet, nec non illi, qui rem immobilem, feudum nobile,<sup>i)</sup> et in Praefecturis praedia rustica possidere potest, res legatas, modo testator eas alienas esse sciuerit, aut personis sanguine coniunctis reliquerit, praestare<sup>ii)</sup> vel si comparari

B 3

ne-

utile esse Andreas Gaius Lib. 2. obs. 154. no. 13. Harprecht Part. 1. Diff. 27. thes. 13. Schrader de feud. Lib. 1. cap. 9. no. 72. Fachinaeus controu. Iur. Lib. V. cap. 37. Rosenthal de feud. cap. 7. Conclus. 4. a Sande in Decisi. Frisic. Lib. IV. Tit. 4. Def. 4. aliquie assertunt, sed verior mihi videatur sententia eorum, qui tale legatum quoad aestimationem tenere contendunt, cum feudum consentiente domino directo omnino sit in commercio, et emendo atque permutando acquiri possit. Lib. II. Feud. tit. 52 et 55. talium autem rerum aestimatio sit praefenda. I. 39. §. 7. ff. de Legat. 1. iuncta legé 14. §. 2. π. de legat. III. conf. Horn in Iurispr. feud. cap. 14. §. 8. Stryck in cauel. test. cap. 20. §. 15. et Crellii Diff. de feud. legat. Viteberg. 1743.

<sup>i)</sup> §. 7. Leg. 39. π. de Legat. I. I. 10. Cod. de legat.

<sup>ii)</sup> §. 4. Inst. de Legat. Ratio quidem iudicii exigit, ut in ipsam rem, quae in iudicium deducta est, fiat condemnatio L. 18. π. de commun. diuidendo. Sed nonnunquam quoque accidit, ut iudex in rei petita condamnet aestimationem, quod sit, si res culpa debitoris, aut eius mora interueniente perierit, L. 23. π. de verb. oblig. aut si dominio vel omnino non, vel non nisi gravi pretio venalis sit l. 14. §. 2. π. de Legat. III. aut si ex causa onerola ad creditoris peruerenerit, L. 84. §. 5. π. de Legat. I. L. 19. π. de obligat. et act. aut

si pars



nequeant<sup>1)</sup> nec non in inquelinis, rusticis, censitis absque praedium legatis ex voluntate defuncti quanti constant debet luere,<sup>2)</sup> quod etiam in re post conditum testamentum commercio priuatorum exempta procedit,<sup>3)</sup> cum contraria ex parte legatum rei, quae ex fideicommisso vel usufructu<sup>4)</sup> morte testatoris tertio acquiritur, ita sit iautile, ut haeres nec ad rem, nec ad eius tenetur aestimationem. Ex his itaque mihi afferere posse videor legatum, nisi eius validitati singularis obstet rei conditio, ideo non impediti, quod testator commercio rei legatae destituatur.

### §. 5.

#### *De Legato rei, cuius commercio haeres destituitur.*

Transeo ad aliam quaestionem, num scilicet rei, quae in commercio quidem est, cuius autem emenda vendendaeque facultate haeres, vel is, a quo quid relictum,<sup>5)</sup> ob singularem caret

si pars rei L. 26. §. 2. et L. 27. π. de Legat. I. aut si ea ipsa duabus in solidum sit legata l. 33. de legat. I. aut si legatarius propter causam probabilem rem possidere nequeat. L. 114. §. 5. π. de Legat. I. aut in iudicis vniuersalibus, quibus pretium in locum rei succedit L. 20. §. 21. π. de haered. petit.

1) ita rescriperunt Marcus et Commodus secundum Leg. 112. princ. π. de Legat. I.

2) Argumento §. 1. l. 112. π. de Legat. I.

3) L. 24. §. 1. π. de Legat. I. ad quam Franciscus Duarenus commentatus est in oper. pag. 517. iungatur l. 20. Cod. de Legat.

4) Arnold. Vinnius ad §. 4. Instit. de Legat.

5) Legari enim potest ab omnibus, ad quos quicquam ex haereditate peruenit modo

caret rationem, legatum sit utile. Dubitationem afferit, quod rerum, quae acquiri non possunt, nec aestimatio debeatur, <sup>b)</sup> res autem ab eo, cui eius non suppetit commercium, parari nequeat. Sed multum interest, num res quaedam talis sit conditionis, ut in uniuersum priuatorum fugiat dominium, an saltem quorundam eximatur commercio. Et posteriori quidem in specie nil nocet, si haeres facultate rem legatam acquirendi et possidendi destituatur, <sup>c)</sup> non quidem ideo, quia res ab eo mox abitura in alterius transit potestatem, <sup>d)</sup> nam is, qui iure rem sibi habendi penitus priuatur, eam nec per momentum tenere, nec in alterum transferre potest, sed quia specialis, quae haeredem ab acquirendo arcet, causa id efficere nequit, ut ei in legatarii prodesse detrimentum, <sup>e)</sup> et iustum defuncti impedire possit voluntatem. Et id quidem eo magis probatur, cum promissor rei, cuius non gaudet commercio, ex stipulatione teneatur <sup>f)</sup>, nec generali defensione, neminem ad impossibilia obligatum esse <sup>g)</sup>, se tueri possit, quo minus stipulanti ad id, quod interest, teneatur.

### §. 6.

modo ne ultra acceptum onerentur, I. 1. §. 6. l. 92. §. 2. π. de legat. 3. §. 1.  
 Inst. de singulis rebus per fidicomm. relikt.

<sup>b)</sup> §. 4. Inst. de legat.

<sup>c)</sup> l. 49. §. 2. π. de legat. 3. iung. l. 42. π. de legat. 3. l. 28. de legat. 3. et  
 l. 16. §. 15. π. ad Scrum Trebell.

<sup>d)</sup> Ita censet Vinnius in Commentar. ad Inst. §. 4. de legat.

<sup>e)</sup> Hunc in modum Francisc. Balduin, in Comment. ad Inst. §. 4. de legat. 12.  
 tiones suggerit.

<sup>f)</sup> l. 34. π. de Verb. Obligat. conf. Hugo Donellus in Comment. ad h. l.

<sup>g)</sup> l. 183. π. de reg. iur.



*De Legato rei, cuius legatarius caret commercio.*

Grauior et maioribus implicata difficultatibus est quaestio, de legato rei legatarii exemptae commercio, quae inter priscos agitata Iureconsultos summorum vehementer exercuit ingenia interpretum. Ita legatum agri in eo, qui eius destituitur commercio, vtile pronunciat Trebatius,<sup>a)</sup> porro in legato eius rei, quam ipse quidem legatarius propter corporis sui vitium, vel propter qualitatem relieti, vel aliam quamcunque probabilem causam habere nequit, aliis tamen tenere potest, iustam aestimationem praestandam esse censet Marcianus,<sup>b)</sup> et ei, cui ius possidendi non est, rem per fideicommissum recte relinqu posse, ad id, ut eius soluatur pretium, statuit Vlpianus<sup>c)</sup>, eandem quoque Basilica,<sup>d)</sup> quibus legitur Εάν αλλότριον πρέσβυμα λεγατεύθη μοι, εἰ τίνος τὴν πτήσιν ὅντες ἔχω, σύτε δύναμας ἀντὸν νεμηθῆναι, το τίμια λαμπάνω τυeri videtur sententiam, cum contraria ex parte Priscus Fulcinius a Trebatio discedat, quem Paulus<sup>e)</sup> sequitur et cui quodammodo Theophilus aiens εἰ δὲ, τις τελευτῶν τοιότου μοι ληγατεύῃ πρέσβυμα, εἴφ' ᾧ πομπέουν εἰς ἔχω, τουτέστι δίκαιον τοῦ πτᾶσθαι ἀντὸν μόνον ὅντες ἐποφληθήσομαι ἀντὸ τὸ καταλειφθεῖν αἷλλ' οὐ-

88

a) L. 49. §. 2. π. de legat. II.

b) L. 114. §. 5. π. de legat. I.

c) L. 49. π. de legat. I.

d) L. 44. Tit. 1. §. 19.

e) L. 49. §. 2. π. de legat. II.

δέ τὴν τούτου διατίμαντον απαιτεῖν δυνάτομα<sup>f)</sup>) suffragatur, quo factum  
ut sat grauia ab utraque parte argumenta rei plurimum adtule-  
rint difficultatis, eamque in diuersis posuerint sententiis.

## §. 7.

*Continuatio prioris argumenti.*

In his legum aenigmatibus interpretes subtiliore iudicio,  
exactiore antiquitatis et meliorum literarum doctrina, recondi-  
tiore denique iuris scientia praediti multum laborarunt, quo  
haec expedirent. Et Cuiacius<sup>a)</sup> quidem, Heineccius<sup>b)</sup>, We-  
stenberg<sup>c)</sup>, Euerard Otto<sup>d)</sup>, Gregorius Maianius<sup>e)</sup>, Arnoldus  
Vinnius<sup>f)</sup>, Georgius Beyer<sup>g)</sup>, Iohannes Guilielmus Hoff-  
mann<sup>h)</sup>; Carolus Fridericus Walchius<sup>i)</sup> aliique eiusmodi  
rum legatum<sup>k)</sup> plane inutile esse statuunt, cui sententiac Anto-

f) Paraphras. Inst. Lib. II. Tit. XX. §. 4.

a) in not Secund. ad tit. Instit. de legat. et in Comment. ad Leg. 34. π. de  
verb. Oblig. T. I. p. 100. et T. II. pag. 320. Oper. ἡ θεοπεπτίσι

b) in element. iur. secund. ordin. π. P. V. §. 128. γένεσις καταβολής

c) in princ. iur. sec. ordin. π. lib. 30. §. 35. εἰδη συνθήκης καταβολής

d) ad §. 4. Instit. de legat.

e) disp. iur. T. I. pag. 351.

f) ad §. 4. Instit. de legat.

g) in posit. iur. ad π. libr. 30. §. 4. γένεσις καταβολής

h) in meletem, ad π. diligat. 25. Th. 4. γένεσις καταβολής

i) in controvers. iur. civil. Sect. II. Cap. IV. Membr. 2. προστατεύεται

k) in resolution. leg. obstant. libr. 30. 31. 32. Qu. 5. προστατεύεται



nus Goueanus,<sup>1)</sup> Franciscus Dūafenus<sup>2)</sup> et Marcus Lyclama<sup>3)</sup> quidem subserbunt, pretium tamen, si res per fidei-commissum reicta sit, soluendum esse contendunt, quod Franciscus Hotomannus,<sup>4)</sup> Nicolaus Hieronimus Gundling,<sup>5)</sup> Hector Berenger Baro a Beaufin,<sup>6)</sup> et nouissime illustris Puttman<sup>7)</sup> legatario omnino vindicant, Iohannes Robertus distinguit, vtrum testator sciuerit<sup>8)</sup> an ignorauerit legatarium rei commercium habere, et priori in specie aestimationem debere, minus autem si ignorauerit afferit, Cornelius van Eck<sup>9)</sup> tale legatum tunc saltem vtile esse iudicat, si res a legatario ob aliquod animi vitium capi aut possideri nequeat, Hugo Donellus<sup>10)</sup> denique et Janus a Costa,<sup>11)</sup> ius commercii et ius possidendi sciungunt, et ei, qui ius commercii habet, licet iure possidendi careat, legari valide posse contendunt, cum contraria ex parte in iis, qui iure possidendi gaudent, commercii autem iure destituantur, legatum inutile declarant.

§. 8.

- <sup>1)</sup> in comment. ad L. Falcidiam pag. 158 in Operi, q. 11. T. 1. libro 10. diev.
- <sup>2)</sup> in Comment. ad leg. 40. π. de legat. 1. p. 532. in Operi. membratio. vi.
- <sup>3)</sup> in Membran. libr. 7. eclog. 32. et. 1. 2. dil. π. libro 10. ad iuris n. 13.
- <sup>4)</sup> in Obseruat. libr. 12. Cap. 24.
- <sup>5)</sup> in dissert. de C. Trebatio Testa, §. 20.
- <sup>6)</sup> in dissert. ad leg. 40. π. de legat. 1.
- <sup>7)</sup> in aduersar. iur. vniuersit. lib. 1. Cap. 3. 2. de adi. π. he. 10. siveque in C.
- <sup>8)</sup> in libr. 3. animaduers. iur. Cap. 11. 2. de adi. π. he. 10. siveque in C.
- <sup>9)</sup> ad tit. π. de legat. et fideic. §. 18. M. Boc. libro 10. iur. legatorum et C.
- <sup>10)</sup> ad leg. 34. π. de verb. obligat.
- <sup>11)</sup> ad Tit. Institut. de legat. §. 4.

¶

*Solutio quæstionis.*

Quanquam autem in tanto legum discrimine, tantaque sententiarum varietate certum quid statui posse vix videatur, tamen meum libere feram suffragium, vacua ponam vestigia, arque rationes, quibus subnixus in has fecelli partes, subliciam. Propositam scilicet diuersimode accipiendam et e singularibus, quae causis adiunt, rationibus soluendam esse censco quæstionem. Sed ne inanem agam litem, ante omnia mihi est euincendum, legata rerum, quae non omni sed legatarum eximuntur commercio, leges omnino non improbare, cum vniuersa de circumstantiis cesseret quæstio, si ipsa sui conditione iudicentur illicita. Et ciusmodi quidem legata iis, quae pro non scriptis habentur, non prorsus annumerari leges paragrapto sexta adductæ satis firmant, et liberrima, quae testantibus conceditur, disponendi voluntas docet. In tali autem legato testatoris præcipue spectanda est voluntas quam, cum verba non ut eam impedian, sed ut iudicent sint inuenta, etiam in verbis non satis claris sequi, ideoque acutissime indagare debemus. Sane hoc Imperatores Marcus et Commodo diserte iubent, qui ex voluntate

- a) de quibus egit Cap. 3. legis Iuliae conductaræ; quas secundum partem legis Iuliae et Papiae Poppææ constituit. Heineccius in commentar. ad leg. Iul. et Pap. Popp. libr. 5. Cap. 1 et 4.
- b) Cicero pro Cecina Cap. 8. unusq; nisi unius sit dubius modi
- c) 1. 69. pr. π. de legat. 3. l. 219. π. de verb. sign. l. 115. §. 2. π. de verb. oblig.
- d) l. 112. pr. π. de legat.

tate defuncti statuendum esse volunt, num in legato rei, cuius commercio ob legandi rationem legatarius destituitur, aestimatio debeat praestari, et in hunc modum Iustinianus quoque rationes subducit, & cum legitimam testatoris voluntatem omnibus anteponendam esse statuit. Quod si verba perspicue voluntatem disponentis non demonstrant, nec ex coniechuris, in quibus id, quod verisimile est, sectamur,<sup>f)</sup> ea commode possit explicari, disquirendum, num res legata in testatoris haeredis, vel eius a quo quid relinquitur, constituta sit bonis nec ne, et posteriori quidem in specie, fin testator de alieno dominio edocetus in extraneam vel de suo per errorem persuasus in sanguine coniunctam personam quid confert, quod ea possidere nequit, pretium in locum rei substitui atque ab haerede solui debere me Vlpianus,<sup>g)</sup> Paulus,<sup>h)</sup> nec non libri B

e) l. 23. Cod. de legat, în fin.

f) 1. 114.  $\pi.$  de reg. iuris. Dicuntur autem coniecturae a legatarii caritate, dignitate et necessitudine, item de his, quae praecedunt aut sequuntur in ulti-  
ma voluntate l. 40 in fin.  $\pi.$  de legat. 1. de libris et scripturis testatoris l. 91.  
§. 5.  $\pi.$  de legat. 3. de vnu et opinione regionis, l. 52. §. 4. de legat. 3. l. 18.  
§. 3.  $\pi.$  de instrucl. vel instrument. legat., de conditione personae l. 17. §. 4.  
 $\pi.$  ad Schem. Trebell., de vnu testatoris l. 33.  $\pi.$  de aur. argent. mund. legat,  
aliisque similibus rebus l. 22  $\pi.$  de vnu et vnufruct. legat. l. 75.  $\pi.$  de legat. 3.  
g) l. 40  $\pi.$  de legat. 1. De hac quidem specie hanc legem, in qua explicanda  
tantopere proceres Iureconsultorum desudarunt, accipiendam, nec in ea altera-  
ram negationem delendam esse existimat. In Cuiacium, qui in notis ad In-  
stitution. libr. 2. tit. de legat. T. 1. Oper. p. 102. alteram particulam nega-  
tiuum tollendam esse censuit, iam dixerunt Hugo Donellus in commentarij ad  
Tit.  $\pi.$  de Verbor. Obligat. pag. 107 seq. et Ioann. Leunclau in notat. libr. 2.  
apud Ottinem. T. III. thesaur. iur. cinc. pag. 1510.

silicorum<sup>1)</sup> docent, potro analogia iuris in legato rei alienae<sup>2)</sup> sanciti firmat, et cum testator, qui rei alienam in alterum vult conferre, ne, si ea comparari nequeat, inutilis fiat eius voluntas, de pretio cogitasse praesumitur, coniectura probat voluntatis.

Hoc id est in legato rei alienae si ea comparari nequeat, inutilis fiat eius voluntas.

*§. 9. Continuatio prioris argumenti.*

Progreder ad res, quae testatori, haeredi, vel ei, a quo relinquuntur, sunt propriae, quas tamen legatarius habere nequit. Et in eiusmodi quidem rerum legato diuersas inesse credo species, quae cum solertia debent indagari. Ita num is, in quem talis res confertur, eius commercio, et iure sibi possendi excludatur, an saltem habilitate possessionis careat, porro,

num

<sup>3)</sup> I. 49. §. 1. *π.* de legat. 2. quo in loco de legato tesserae frumentariae et militiae agitur. Tesserae illae, quas Justinianus in Nouell. 88. Cap. 2. Ψευτικος appellat, erant globuli lignei, quibus inscriptus erat numerus modiorum frumenti, quod a mensuribus frumentariis accipiebat is, qui tales tesserae a praefecto annonae obtinuerat, qui eas cibis, quorum nomina in tabulis publicis erant incisa, distribuebat. Extra ordinem quoque inter militiam ab Imperatoribus in vulgo spargebantur. Suetonius in vita Neronis. Cap. 1. Plura de his nec non de militia et casu militiae commentatus est Josephus Auranus in interpret. iur. libr. 2. Cap. 17. 18 et 19. et libr. 5. Cap. 8. №. 13. Alexander ab Alexandro genial. dier. libr. 4. cap. 2.

<sup>4)</sup> libr. 44. tit. 1. §. 19. et Synopsis Basilicor. libr. 44. tit. 1. §. 38. quo in loco rei alienae legatae, cuius comparandae legatarius ins non habet, quamque possidere non potest, aestimatio legatario addicitur.

<sup>5)</sup> Talis res indistincte per damnationem olim legati poterat Vlpianus in fragment. tit. 24. §. 8. Sed Neratius Priscus ad validitatem talis legati primus requi-



num testator sciens legatarium hem habere non posse, an huilis conditionis iugularis tale fecerit legatum, sedulo debet inuestigari. Legatum autem rerum, quae testatoris, haeredis, vel eorum a quibus relinquntur, dominio subiacent, tunc, cum legatarius testatore id ignorantie eius commercio, et iure fibi possidendi destituitur, penitus inutile esse ita, vt nec res, nec eius debeantur aestimatio Priscus Fulcinius <sup>4)</sup>, Paulus <sup>5)</sup>, et Theophilus <sup>6)</sup> asserunt, coniectura etiam, quae de testatoris capitur voluntate, quippe qui non pretium, sed rem ipsam testatorem habere vult, probat, et, cum res, quae donatarii fieri nequit, valide donari <sup>7)</sup> nec non id, cuius commercio stipulator caret, utlitter stipulari non possit <sup>8)</sup>, res denique, quae legatarii iam est <sup>9)</sup> inutiliter legetur, iuris firmat analogia. Sed aliter est sentiendum, si testator rem, quam commercio legatarii exemptam esse scit, quod

lega-  
-im in testamento satis sit ostendit ab eis non nisi opus est. Ingl. ob. 1. 2. 1. 3. 1. 4. 1.  
requirebat, ut testator affectionem rei legatae, qua ad assumptum pertinebat, sci-  
ret. I. 6. §. 8. m. de legat. 2. cuius sententiam Antoninus Pius rescripto fir-  
mabat. 4. Institut. de legat. Ex coniectura tamen voluntatis legatum eriam  
tunc, si testator de domino suo sibi per errorem persuaserat, in persona  
sanguinis vinculo coniuncta valebat. I. 17. §. 8. m. de legat. 2. I. 10. in fin. m.  
de aur. argento mundi legat. quod Alexander Seuerus I. 10. Cod. de legat, di-  
serit probabantur. ~~etiam~~  
a) De quo confar Tiberio Christophe. Et. 1. 1. 1. 2. 1. 3. 1. 4. 1.

<sup>a)</sup> De quo confer. Ioann. Christophor. Franckii vit. tripartit. Iureconsalt. veter.

pag. 211.

h) laq[ue] §. 2. p[er] de legat, 2. nulli nominis sibi ducitur §. 1. et 2. 1. in art. nulli (c)  
c) in paraph[ra]si. Institut. libra. tit. 26. §. 4. quem locum §. 6 recitau[er]it. ill. ter  
d) l. 9. §. 3. p[er] de donat, n[on] obligeat oratione. si stop non obligeat  
e) l. 34. m[od]o de verb. obligat nullo monitione. 19. §. 1. nulli in art. nulli (c)  
f) §. 10. Institut. de legat, ill. la. art. 1. sicut in beo. s. 2. 1. in art.

legatarius probare debet, alicui relinquit, aut si legatarius in re legata modo habilitate possessionis, non autem eius commercio, nec iure sibi possidendi destituitur, iis enim in speciebus eius rei aestimationem praestandam esse Vlpianus<sup>g)</sup> et Marcianus<sup>h)</sup> tradunt.

*E p i l o g u s.*

Quae ad propositas, in auditoriis Iureconsultorum subtilater agitatas, et in foro satis celebres quaestiones de legato rerum commercio exemptarum pertinere mihi visa sunt, breuiter exposui, manu autem critica, quam Iacobus Cuiacius aliquique Iureconsultorum proceres legi 40. m. de legat. 1. inieccere, cum res aliter salua esse potuerit, abstinendum esse censui, nec ad fauorem fideicommissorum, quo alii in huius legis

g) 1. 11. §. 16. m. de legat. 5. quo in loco legatum militiae in seruo tunc demum, sin testator eius scivit conditionem, utile indicatur.

h) 1. 114. §. 5. de legat. 1. Ibi legatarius pretium rei, quam ob corporis vietum, reliqui qualitatem et aliam probabilem causam habere nequit, alias autem tenere potest, iure exigit. Et ius quidem commercii, quoad facultatem rem acquirendi denotat, cum iure possidendi, quo facultas rei acquisitae possessionem retinendi comprehenditur, sin accurate vis procedere, coniungi, ab utroque autem iure habilitas possessionis, de qua in hac lege agitur, distingui deber, quippe qua aptitudo ea, quae cum rei possessione sunt coniuncta, idonee explendi, indicatur.



legis interpretatione se expedire studuerunt, reluctante Vlpiano<sup>4)</sup>) me recipere volui, praeterea ius commercii a iure sibi possidendi, cum vnum sub se complectatur alterum, non se iungendum, neque totam causam e scientia et ignorantia testatoris, quippe quae saltem in re propria commercio exemta adhiberi debet, diiudicandam, multo minus denique legum antinomiam, quae distinctione elidi potuit, admittendam esse, opinatus sum. Plura in praesenti non addo, has autem meas interpretationes limatiori aliorum lubenter submitto iudicio.

<sup>5)</sup> in fragm. Tit. 25, §. 5, iunct. Tit. 24, §. 8,

<sup>6)</sup> in fragm. Tit. 25, §. 5, iunct. Tit. 24, §. 8,


<sup>7)</sup> in fragm. Tit. 25, §. 5, iunct. Tit. 24, §. 8,

<sup>8)</sup> in fragm. Tit. 25, §. 5, iunct. Tit. 24, §. 8,

D

PRAESTANTISSIMO CANDIDATO  
CAROLVS HENRICVS GEISLER

*R*ecipe igitur Tibi libellum, quem mihi ex decreto Ordinis tradidisti,  
prodige mecum in cathedram. Nihil in hoc libello Tuo est meum, sed  
omnia a Te profecta sunt, quod vel ex sola ratione et consuetudine ma-  
scribendi intelligi potest. Evidem mutauit nihil plane, certo consilio, quo  
securius de profectibus, quos in arte nostra fecisti, iudicium ferri posset.  
Egregie stetisti inter explorandum, praefestisque filium dignum Patre,  
Sene optimo et integerrimo. Huius Tu vestigia porro lege, Fratrum-  
que Tuorum, in primis eorum, qui cum arte nostra coniuncti sunt, quo-  
rumque unus mihi collega adsidet, atque ex vetere consuetudine carus est,  
indefessa cura sequere. Quodsi feceris, et Seni Nostro permultum gau-  
dii attuleris, et vero etiam Tibi magnopere profueris, et mihi denique,  
qui Te vehementer amo, rem iucundissimam feceris. Vale et me porro  
ama. Scr. in Acad. Viteb. a. d. III. Iul. An. c<sup>lo</sup> CCLXXXVIII.







Wittenberg, Diss., 1786-88



f  
Sl,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-204590-p0032-9

DFG



18

DE  
LEGATO REI COMMERCIO  
EXEMTAE  
EXERCITATIO  
QVAM  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES  
CAPESSENDI  
PRAESIDE  
D. CAROLO HENRICO GEISLERO  
SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS  
AVLAE ATQVE IVSTITIAE DECRETALVM PROFESSORE PUBLI-  
CO FACULTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSISTORII EC-  
CLESIASTICI DIRECTORE ITEM QVE CVRIA PROVIN-  
CIALIS ET SCABINATVS ASSESSORE  
DIE IVL. A. R. S. MDCCCLXXXVIII  
AD DISPUTANDVM PROPONIT  
AVCTOR  
CHRISTIANVS ERNESTVS FRANCKIVS  
VITEBERGENSIS  
IVR. VTRIVSQVE CANDID. ET NOT. PVBL.

VITE BERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DURRI.